UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

I. Kaiser Otto vertauscht das Burgwart Belizi gegen die Zehnten im Lande Bloni an den Erzbischof zu Magdeburg, im J. 997.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54022

Visual Library

„Anno milleno centeno quadruplicato
Inſuper octavo quoque nec non ſeptuageno
Anno predicto dux auſu motus iniquo
Armatos quosdam Beliz transmiſit ad urbem
Quam ſimul intrabant ciues propriis proeliabant
Aedibus exire cunctum populum absque redire
Compulerunt oppidum firmantes protinus ipſum.
Sed noſtri Proceres vicini quoque ciues
Circiter hanc urbem fecerunt obſidionem
Ignibus immiſſis patuit noſtratibus urbis
Introitus ciues mactabant protinus hoſtes."

„Anno domini milleſimo quadringenteſimo LXXVIII am Montag abend nach Marci feria in vocem jucunditatis gewan Janen Kucke Herzoge Johan vonme Sagan Haubtman Beliz die Stadt mit II^c Perden und XI. Von ſtund an beletten die von Brandenburg mit herr Bußo von Nienſchlewen des Mittwochs hernach mein herre Marggraffen Hanſen to franckfurt botten vnd wonnen vnd brannten ſie vth am donnerſtag fur Pſingſten vnd worden darin gefangen XL und hundert, ahne der darin verbranten."

"Solche Schrift hatt mir Urſache gegeben, daß ich anno 1570 dieſe Hiſtorie beſchrieben und gefaſſt habe, verſehe mich ein wenig beſſer an Lateiniſche und Deutſche Verſe, die ich der Stadt zu ehren habe laſſen drucken."

Zur Wiederherſtellung der Stadt wurden derſelben auf eine Reihe von Jahren alle Abgaben an die Landesherrſchaft erlaſſen.

Urkunden.

I. Kaiſer Otto III. vertauſcht das Burgwart Belizi gegen die Zehnten im Lande Bloni an den Erzbiſchof zu Magdeburg, im J. 997.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis otto, diuina fauente gratia romanorum imperator augvſtuſ, Omnibuſ fidelibuſ noſtriſ praeſentibuſ videlicet atque futuriſ notum eſſe uolumuſ, quomodo noſ ob interuentum ac peticionem Giſalharii, ſanctae magdeburgenſiſ aeccleſiae archipraeſuliſ, quoddam burguuardium in prouincia bloni dicta ſitum, pro eiuſdem regioniſ concambio decimationiſ, ad ſanctum mauricium donauimuſ, in comitatu teti comitiſ ſitum, nomen uero burguuardii uulgo belizi; atque idem burguuardium cum omnibuſ ſuiſ pertinentiiſ, hoc eſt areiſ, aedificiiſ, terriſ, cultiſ et incultiſ, mancipiiſ utriuſque ſexus, agriſ, pratis, campiſ, villiſ, paſcuiſ, ſiluiſ, aquiſ aquarumue

decurſibuſ, piſcationibuſ, molendiniſ, uiiſ et inuiiſ, exitibuſ et reditibus, queſitis et inquirendiſ, aliiſque appendiciiſ, quae adhuc dici aut inueni aut nominari poſſunt, praetitulatae aecleſiae ſancti mauricii pro concambio in proprium tradidimuſ eo tenore, ut eiuſdem loci archipraeſul de praefato burguuardio liberam ad uſum aeccleſiae ſancti mauricii quam uelit poteſtatem habeat. Et ut haec noſtrae auctoritatis traditio ac commutatio nunc et in perpetuum firma perſeueret, hanc paginam inde conſcriptam manu propria corroborantes ſigillo noſtro ſignari iuſſimus.

Hildibalduſ epiſcopuſ et cancellarius ad uicem
Willigiſi archiepiſcopi recognoui.

Signum domini ottoniſ glorioſiſſimi imperatoris auguſti. Data VI. iduſ Junii anno dominicae incarnationiſ DCCCC. XC. VII. Indict. X anno uero tercii ottoniſ regnantiſ XIIII. Imperii primo. Actum arneburg feliciter amen.

Aus dem Liber privilegiorum S. Mauricii in Magd. fol. 38. 39. im Geh. Kab.-Archive zu Berlin.

II. Ablaßbrief des Biſchofes Rutger von Brandenburg für das Wunderblut in Belitz, vom 22. Auguſt 1247.

Rucherus, Dei gratia Brandeburgenſis Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus per Brandeburgenſem dioceſin conſtitutis eternam ſalutem et veram in Domino charitatem. In turbine raptus Elias in caelum reliquit quod ei ceciderat pallium Heliſeo. Reſurgens et aſcendens Chriſtus in altum a turbine paſſionis et mortis, pallium ſuum reliquit Eccleſie ſue ſancte, ſub ipſo pallio igitur viſitande, ſub pallio, quod coenans texuit, qva in coena ſe operuit jam comedendus, ſub pallio, quod eſt inuiſibilis rei uiſibile datum ſignum, ſub pallio quod eſt ineffabile illud ſui corporis ſacramentum. Verum cum in agro ejusdem Viri Job ſint boves arantes et paſcentes aſinae iuxta illos ſunt forſitan non de merito ſed de numero filios eccleſie ſimplicium mentium ac iudicum qvi nondum credunt Jeſum latibulum ſuum in tenebris poſuiſſe in ſacramentorum latentibus et occultis qui uel dubitando mirantur uel dubitando admirando tantum inhabitatorem ſub pallio illius habitos habitare, iis quoniam ſimpliciter errant et ſimplicitatem erroris nulla defenſione tuentur de multa ſua clementia revelat pater carnem et ſanguinem crucifixi et robur Chriſtiane fidei ſacramentum confirmando. Evenit etiam ut quia tanti ſacramenti virtus creditur et credita predicatur, quidam ſimplices nimis auſi trahunt ipſam ſacramenti gratiam in abuſum, in abuſionem ſacrilegam, ſortilegam vel aliis modis nefariam et nefandam. Cuius reatus quamquam Dominus diſſimulet aut differat ultionem, aperit tamen innocentibus fidei veritatem, ſicut in oppido dioceſis noſtre Belitz credimus nuper per mirificam Dei gratiam claruiſſe. Venientibus igitur ad eundem locum proxima die aſſumtionis S. Marie virginis ad ſtationem iſtius eccleſie vel quacunque hora venierint ad venerandum noſtre fidei ſacramentum corde contritis et ore confeſſis auctore Domino quadraginta dies de injunctis ſibi poenitentiis miſericorditer relaxamus, Reſpicientes ſalvatoris Miſericordia ſtudium et merita ſingulorum de longe venientium ſecundum deuotionis